



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

LXXVII. An repugnet Institutioni Cœna, seu Mißæ, vt in ea fiant Sanctorum memoria?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

aus l. de Coronam il. ait, hunc ritum ex Consuetudine profluxisse.

III. Mortuorum in actione Cœnæ facta commemoratione fuit; sed quod pertinerent ad Corpus Ecclesiæ, & Communionem Sanctorum; non ut refrigerium & propitiatio cœseret.

**AUTOR.** 1. Mach. 12. Sancta & salubris est cogitatio, pro defunctis exorare in Sacrificio, ut a peccatis. i. peccatorū poenitentia soluantur. Ideo Iudas Machabæus iussit offerri Sacrificium pro peccatis mortuorum. 1. Qui liber improbè negatur à Lutherico. Calvinistis esse canonicus. Esto tamen; minimum historicus docet per antiquam esse Consuetudinem sacrificandi pro defunctis; quam nec Christus, nec Apostolus ullus, nec S. Patru quisquam reprehendit: quin laudant. 2. Traditio, mosq; peruerteret Ecclesiæ; & is Vniuersalis: cuius contrarium mendaciter affirmit Kemnitius p. 2. Exam. Trid. de Furg. S. Chrys hom. 69. ad Antioch. pop. Non temere hac ab Apostolis sancta fuerunt, ut in tremendis Mysteriis fiat defunctorum commemoratio. Sic Liturgia Iacobi & Clementis. 4. Aërius hæresiarcha, datus ab Ecclesia, primus docuit, non esse pro defunctis sacrificandum. 5. Confessio Vniuersalis S. Patrum illuc incumbit. Vide Geneal. p. 3. q. 17.

**DICO AD I.** Defuncti ut participare nequeunt de carne Sacrificii, de Fructu tamen possunt. Idque dicebat Dominus, quibus præbebat Sacramentum; non iis, pro quibus offerebat Sacrificium.

**AD II.** Traditionem hanc refert S. Chrys. ad Apostolos, non ad Scripturam: in hac si foret, traditio non esset. Est tamen etiam in 2. Mach. 12. Esto: dixerit

id S. Gregorius: nil infert. S. Hieronimus scripsit. Tertullianus dicit ex Consuetudine hunc ritum esse retentum, fluxisse inde non dicit; finxit Kemnitius.

**AD III.** Item singit idem contra nubem S. Patrum. Aug. in Enchirid. 110. Pro non validè malis Propitiatio est. Neque enim pro Sanctis sacrificati unquam dicunt Patres.

### Q VÆST I O LXXVIII.

An repugnet Institutioni Missæ, ut in ea Sanctorum fiant memorie?

**L**UTHERANI maximè Kemnitius, p. Exam. pag. 818. a illi verb. S. Aug. 8. Ciu. c. 27. Nisi Mysteriis non oportet in templo, Sacerdotia, Sacra, & sacrificia Subsumit mendax ita: Atque hoc in Apologie Hum. e. 7. & adhuc defenditur. Idem pag. 820. Dom. Pa. ita: S. Cœ. am ista tutam esse, ut in cœleste no[n] inuenientur Sancti.

**S**YADETIS. Kemnitius pag. 910. Christus: Hoc facit, non in Sanctorum sed in Mei commemorationem. 2. Ideo se tradit ut in Cœna, ut misericordia conequatur per merita unica Oblatione Christi profanatur Cœna, cum à Deo perficiat. ut per mentis precies anteriorum, in omnibus i. una præsidio manum auxilio. 1. Aug. 22. Ciu. c. 1. 213. In à Sanctis Santos nominari quidem; nullo modo autem locari. &c.

**AUTOR.** I. Non repugnat S. Cœna Institutioni, ut in ea Sancti honoretur. 1. Quia, r. Tim. 2. iubet fieri Offertiones, ut gratiarum actiones in Sacrificio hæc cum fiant acceptis beneficiis, si que in his præcipuum, Sanctos in celum assumtos esse: quid ni pro iis Deo gratias reddamus? 2. Ita visitarunt Liturgia, S. Iacobi, Clementis, Basilii, Chrysostomi. 3. Id S. Patres tradiderunt, commendarunt. Et illius multiplex utilitas. Vide Bell. 1. 2. c. 8.

II. Non repugnat eidem Sanctos in eo Invocari; Non, ut ipsis Oblatio sunt quod



quod nequit circa idololatriam: Nec, vt preces ad eos dirigamus dicendo: 1. Petre ora pro me. Sed vt preces ad Deum diximus, à quo petimus adiuuari etiā Sanctis intercedentibus. Hoc arguunt hæretici. 1. Athoc S. Patres docuerunt, & usurparunt in suis Liturgiis. 2. Ratio facuet. Nam Sancti possunt orare pro nobis, & orant: bonum igitur est id ipsum petere ab Deo, vt mediorum unum salutis nostræ: sicut petere licet bonos in terris doctores, reges. &c. Antecedens dant Lutherani & Caluiniani; licet negent eos nostras audire preces. &c. De hoc parte I.

**Dico Ad I.** Neque dixit Dominus: *Hoc facite in meam SOLIVS cōmemorationem.* Neque potest in sanctorum memoriam directe sacrificari; cum Sacrificium sit ad commemorationē mortis Christi; non sanctorum, nisi quatenus hic in morte Christi vicerint mortem moriendo: quod est sacrificium actionis gratiarum.

**Ad II.** Gradu longè inferiore supplicamus per merita Sanctorum, quam per merita Christi passi: nam hoc latraticas; istud per Duliam duntaxat. &c.

**Ad III.** Affingit id S. Augustino Kemnitius. Vide plura talia in meo *Antipap.* p. 3. q. 7.

#### QVÆSTIO LXXIX.

*An priuata Missa sint à Deo permisæ?*

**L**UTHERANI post Lutherum negant: vt Brent. in Confess. Wimemb. Melanch. in Confess. Aug. Kemnit. p. 2. Exam. pag. 838. &c. Piget huc corum blasphemias combato reddere.

**S**VADENT illis. 1. Kemnit. pag. 862. *Hoc facite, sc. Consecrantes & Distribuientes;* ergo Consecrare, & non Distribuere, Consecrare profanare est. Nam, *Abz.*

*Cœna per fractionem describitur, id est, dispensationē missae & 1. Cor. 10. Et 1. Cor. 11. priuatas Cœnas opponit Dominus: Hic locu[m] ait, tanquam fulmen proferunt priuatas Pontificiorum Missas. Et clarissima ibi sententia Chrysostomi: Quo[m] Dominus cum e[st], priuatum ficerunt. Cœna enim Domini aebet esse Communio. 2. Commentarii Cœnæ sine distributione, quod tamen ea proficit præsentibus; veteribus ignotum fuit. Chrys. hom. 3. in Euseb. Frustra habent Oblatio quotidiana, cum nemo sit, qui simul particeps. Ibid. Quisquis Mysteriorum confessor non e[st], impudens & improbus adstat. &c. 3. Canonetq[ue] Apost. excommunicantur, qui peracta Coactione non permanent in Ecclesia. Sic & de Confess., diff. 2. Eigo Missæ priuatae fuerunt prohibitæ. &c.*

**AUTOR.** Missa dicitur sed modis Priuata. 1. *ALoco seu oratorio priuato:* Sic Dominus S. Cœnam instituit in domo priuata: & sub XII. Cæsaribus persecutis onib[us] pleræq[ue]; sic priuatim sunt celebratæ. 2. *ATempore:* Ut publica sit, quæ festis; priuata quæ sit profestis diebus. At ideo. Daniel. 12. dicitur luge Sacrificium, quod sit quotidianum. 3. *AFine:* quia pro re aut persona fiat priuata. Et Missa si vni applicata tamen publica est, quia ab publico fit Ministro maximam partem protora Ecclesia. Sic in Vet. Test. Sacrificia agebantur pro priuatis causis. *Leu. 4. 5.* *Iob. 1. & 42. 2. Mach. 3.* 4. *Apauitate adstantium.* Sic S. Augustini presbyteria casa rustica sacrificauit. *I. 22. Civ. 6. 8.* Et meminitur Melanchthon in *Apolog. Conf.* tempore S. Gregorii priuatas Missas fuisse ignoratas. 5. *Comparatione Missæ Solennis,* præter quam aliæ in eodem templo leguntur. At sic & in Vet. Test. Ihesu venit: in que primitiva Ecclesia hucusq[ue], teste altarium frequentia. 6. *Priuata Missa est,* in qua solus Sacerdos communica. Atque hanc maximè hæretici negant licitam. At S. Cœna fuit non solum Sacramentum; sed & Sacrificium: Sed & hoc non agnoscent aduersarii. Sacrificium autem in se publicum semper

Tt est

